



## Bibliographische Daten

**Titel:** Alexander de Villa Dei; De forma vivendi monachorum; Perikopen;  
Novum Testamentum. - Nürnberg, STN, Cent. I, 81

**Signatur:** Cent. I, 81

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.



facere domū patris mei. domum  
negociationis. Recordati sunt vero  
discipuli eius quia scriptum est: Zelus  
domus tue comedit me. Viderunt  
ergo iudei: et dixerunt ei. Quod signum  
ostendis nobis. quia hec facis. Respondit  
ihesus: et dixit eis. Soluite templum  
hoc: et in tribus diebus excitabo illud.  
Dixerunt ergo ei iudei. Quadraginta  
et sex annis edificatum est templum  
hoc. et tu in tribus diebus excitabis illud.

Ille autem dicebat de templo corporis sui.  
Cum autem resurrexisset a mortuis: recor-  
dati sunt discipuli eius quia hoc dicebat.  
Et crediderunt scripturæ et sermone  
quæ dixit ihesus. Cum autem esset ierusalem  
in pascha in die festo. multi credi-  
derunt in nomine eius: videntes signa  
quæ faciebat. Ipse autem ihesus non  
credebat semetipsum eis. eo quod ipse  
nosset omnes. et quia opus ei non  
erat. ut quis testimonium perhiberet  
de homine. Ipse enim sciebat quid  
esset in homine. **Capitulum. iij.**

**Q**uit homo ex pharisæis nichodemus nomine: princeps  
iudeorum. Hic venit ad ihm nocte  
et dixit ei. Rabbi: scimus quia a deo  
venisti magister. Nemo enim potest  
hec signa facere que tu facis: nisi  
fuerit deus cum eo. Respondit ihesus: et  
dixit ei. Amen amen dico tibi:  
nisi quis natus fuerit denuo. non  
potest videre regnum dei. Dixit  
ad eum nichodemus. Quomodo potest homo  
nasci cum sit senex? Nunquid potest  
in ventre matris sue iterato introire  
et renasci? Respondit ei ihesus. Amen  
amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit  
ex aqua et spiritu sancto. non potest  
introire in regnum dei. Quod natum  
est ex carne: caro est. Et quod  
natum est ex spiritu: spiritus est.

S. S. t. m. f.

Non mireris quia dixi tibi: oportet  
vos nasci denuo. Spiritus ubi uult  
spirat: et vocem eius audis. sed nescis  
unde veniat aut quo uadat. Sic enim  
omnis qui natus est ex spiritu. Respondit  
nichodemus: et dixit ei. Quomodo  
possunt hec fieri? Respondit ihesus: et dixit  
ei. Tu es magister in israhel. et hec  
ignoras? Amen amen dico tibi: quia  
quod scimus loquimur. et quod vidimus  
testamur. et testimonium nostrum non  
accipitis. Si terrena dixi uobis. et  
non creditis: quomodo si dixeris uobis  
celestia credetis? Et nemo ascendit  
in celum nisi qui de celo descendit: filius  
hominis qui est in celo. Et sicut moyses  
exaltavit serpentem in deserto. ita  
exaltari oportet filium hominis. ut  
omnis qui credit in ipso non pereat.  
sed habeat vitam eternam. **¶** Dicit  
enim deus dilexit mundum: ut filium  
suum unigenitum daret: ut omnis qui credit  
in ipso non pereat. sed habeat vitam  
eternam. Non enim misit deus filium suum  
in mundum ut iudicet mundum: sed ut saluet  
mundum per ipsum. Qui credit in  
eum: non iudicatur. Qui autem non  
credit iam iudicatus est: quia non credit  
in nomine unigeniti filii dei. Hoc  
est autem iudicium: quia a lux venit  
in mundum. et dilexerunt homines  
magis tenebras quam lucem. Erant  
enim eorum mala opera. Omnis enim  
qui male agit: odit lucem. Et non  
venit ad lucem: ut non arguantur opera  
eius. Qui autem facit veritatem uenit  
ad lucem: ut manifestentur eius opera  
quia in deo sunt facta. **¶** Post hec uenit  
ihesus et discipuli eius in iudeam  
terram. et illic demorabatur cum eis. et  
baptizabat. **¶** Erant autem et iohannes  
baptizans in emon iuxta salinam  
quia aque multe erant illic. et ueniebant

S. fia 2<sup>a</sup> penth